

## G A

## F V S

Fuscium. Vide, φύσις.

Fuscus color. Lege, Ater.

Fusus agrestis. Attractylis herba apud Dioscor. libro. 3. capite. 106.

## G A B

**G**Abalium nostro orbi tantum nomine cognitum. Nascitur in Arabia cum Casia & Cinnamomo. Plinius libro. 12. capite. 21.

Gabrielem Veroneñ. adhuc superstitem audiuius, Paduani gymnasiij principem, & medicinæ miraculum quoddam.

## G A C

γάκος, uellus.

## G A D

Gados. Lege, Onistos.

## G A G

Gagates lapis qui sit, & ubi reperitur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 137.

## G A I

Gaioli, & Lagunculi, dulciarij panes: a Gaiō & Lagunculo pueris.

## G A L

γάλα, Lac.

Galaadites lapis nascitur in Arcadia: cuius uirtutes lege apud Solinum capite. 12.

γαλακτίδες, Lege, Lactes.

γάλα προβάτων, lac ouillum.

γάλα όθειον, lac bouinum, uel uaccinum.

γάλα όνοιον, lac asininum.

γάλα ήπιον, lac equinum.

γάλα άγρειον, lac caprinum.

γαλακατάσσω, ubertatem lactis facio.

Galacion, idem quod Galion apud Dioscoridem libro. 4. cap. 95.

Galactis, Tithymalus apud Dio. li. 4. c. 168.

Galactites lapis appellatur, quod lacteum reddat, & ex uno colore lactis est, Dioscorides libro. 5. capite. 141.

Galactobdalon, apud Plin. lib. 27. cap. 9. id quod Galeobdolon, & Galiopsis apud Dioscor. libro. 4. capite. 95.

Galactopota, id est, potores lactis, & lacte uictitantes. Græce γάλα, dicitur lac. Suidas. γαλακτοπότος ό γαλαπίνων, id est, Galactopotes est lac bibens. Columella libro. 7. capite. 2.

Galaxia, lapis Morochthos, de quo uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 143.

Galbanum, succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli Metopium uocent.

## G A

Dioscor. libro. 3. capite. 96. Plin. lib. 12. cap. 25. lib. 24. cap. 5. Nam,

Galbanum dat Syria in monte Amano e ferula, quæ eiusdem nominis resinæ modo Stagonitin appellant. Plin. lib. 12. ca. 25.

Galba, ut ait Suetonius in Galba, animalia sunt exilia, quæ in æsculis nascuntur. Lege, Psenas.

Galbinus color. Lege, Color uarius.

Galbuli, Cupressi nuces, & conii.

γαλή κατοικίδιος, mustela domestica & uulgaris.

Galeacius, cui cognomētum de S. Sophia, scripsit cōmentarios in nonum librū Rasis ad Almanforem, qui in manib. habentur. Ex albo Barbarorum & Neotericorum.

Galena, siue Molybdena, Glantz uñ Bleyertz, auch Bleyeschuueyff. Vide Molybdena.

Galenia. Vide, κορυδαλλός.

Galenus degens adhuc Smyrnæ, Pelopis audiendi gratia, qui secundus post Satyrū Quintum, discipulum præceptor inibi elegit. Anatomice libro. 1.

Cl. Galenus Pergamensis, natus est patre Nichone geometra, & architecto diuite, & όνομασότατω, sed & alijs quoq; disciplinis multis erudito, ut testatur ipse in. 8. Metho di his uerbis. Non pauci ex condiscipulis, dixerunt me, & excellenti natura, & singulari, propter patris mei liberalitatem, eruditione: tum & ætatem ad discendum idoneam, et impensas, unde studijs uacem supeditatas habere: secum non ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto ut ego ingenio, nec quod impenderent habere, cōtentos esse oportere ijs quæ nosset, qualiacunq; tandem ea foret. Ab hoc igitur in somnis monitus, cum iam philosophia esset initiatus, ad medicinam se contulit: quod & in. ix. Therapeuticæ sic de se reliquit. Nunc pleriq; medicorū docere tentant, quæ nec ipsi unq; fecerunt, nec alijs ostenderunt. Cæterum uulgus medicorū, nihil mirum est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis, q̄ ueritati inhiat. Verum nō sic fuit ratio nostra. Nō em̄ heri & nudius tertius, sed statim ab adolescentia philosophiæ studio capti, primū nos ad eam cōtulimus. Mox pueri euidenti insomnio moiti, ad Medicinæ studium uenimus, ac per totam uitam operib. ma-

gis quam uerbis studio incubuimus. Quo minus mirum est, si in quo tempore alij totam urbem salutando lustrant, et cum diuinitibus coenant, ac eosdem comitantur, hoc omni studio nos laborantes, primum quidem quæ ueteribus pulchre sunt inuenta didicimus, mox eadem opere tum iudicamus, tum exercuimus. &c. Vixit sub Cæsariibus Adriano, Antonino, pio Marco, & Commodo, ut inquit Eusebius. Sub Antonino Romam primum uenit. Vide in prooemio libri Anatomie, & de morb. curandis, a fine lib. 6. Discipulus fuit primus Satyri cuiusdam admodum præcellentis. Inde Pelopis Smyrnæi. Satyrum illum quod tanti fecerit, in causa fuit, quod hic aliquando Quinti discipulus fuisset. Quintus ille tanto in precio fuit, ut neminem habuerit ea ætate secundum. Sed & alios quoque auditum adiit, & salutatum, quos comperisset aliquando a Quinto pepēdisse, illicque auditores fuisse: ueluti Numesianum illum Corinthium. Haud scio an ille fuerit Quintus, cuius subinde meminit de sanit. tuend. lib. 3. Quintum respondisse dicunt, cum perconctanti gymnastæ, quam unctio uim haberet. Respondit, uestis submouendæ. iisdem enim quibus nunc usus sum uerbis, tum gymnasten rogasse, tum respondisse Quintum ferunt. Simile Quinti apophthegma est, quod de urinis circumfertur. Nempe eas nosse, ad pictorem pertinere. Etiam illud quod de calido, frigido, humido, & sicco aiunt, utique balnearum ea esse nomina: quæ ipse sane nemini, uel Thessali sectatorum impune dicere, nedum Quinto permiserim. Quippe scurrarum huiusmodi facetiæ sunt, haud quæquam hominis tam grauem artem profitentis. Hactenus Galenus. Alexandria cum aliquandiu egisset, totaque perlustrata Aegypto, ac uiginti octo annos iam habes, in patriam rediit, omniaque quæ nouerat pharmaca amicis dedit, ut ea per experientiam confirmaret, quæ ab alijs didicerat. Testatur id de se lib. pharmac. 2. Nihil medicaminum exhibuit ulli, quod ipse non antea in seipso fuisset expertus: ut inquit de morb. curandis lib. 5. Horum, inquit, quæ retuli, uel modo, uel ante, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis uiam usurpauit, nihil sane non examinatum, ac iudicio comprobatum est, sed per experientiam omnia iudicata, in quibus

erroris pericula ipsi pertulimus. Hippocratem quare enarrandum primus suscepit, admodum lepide inuuit de morbis curandis lib. 6. & 10. Ego namque, inquit, non eo consilio, ut nemo Hippocratis scripta legat, ad hoc opus scribendum accessi, uerum quoniam is primus idonea usus esse uia uidetur: nec tamen eam totam compleuisse: cum quædam minime limitata, quædam imperfecta, obscuraque ab eo prodita inuenire liceat, idcirco ipse tum omnia ea lucide explicare, tum quæ parum discreta sunt distinguere, tum quæ deficiunt, supplere studui. Vbi igitur aliquis se in his nostris primitus exercuerit, tunc se ad libros Hippocratis legendos conferat, ac tum eius librum de Ulceribus relegat, tum quæ de uulneribus scripsit: porro simul maximum adiumentum ex his nostris libris habebit. &c. Contemptor gloriæ fuit, ut nemo ueterum. Tu mihi conscius es (inquit ad Eugenianum de morb. curandis lib. 7.) neque hoc me opus, neque aliud ullum popularis auræ studio fuisse aggressum, sed quo uel amicis gratificarer, uel meipsum simul utilissima ratione ad rem propositam exercitarem, simul ad obliuionem senij, ut Plato ait, commentarios mihi reponerem. Quippe multitudinis laus, commodum nonnullis instrumentum uiuentibus aliquando est: mortuis certe nihil prodest, sicut neque uiuentium quibusdam. Nam qui uiuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex Philosophia coeperunt, & his quæ corpori curando sufficiunt, sunt contenti: his utique impedimento non paruo est apud uulgum fama: ut quæ eos a rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat. Veluti me quoque non ignoras ab his, quæ sunt molesta, sic nonnunquam tædio affectum, ut bono interim spacio ne tangere quidem librum possim. Ego uero (haud scio qua ratione) ab ipsa usque adolescentia mirifice, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocumque dixisse libet, & uulgi famam contempsi, & ueritatis scientiæ studio flagraui, nullam esse, nec honestiorem, nec diuiniorem possessionem ratus. Atque ideo nulli librorum meorum nomen meum præscripsi: imo uos, sicut ipse testis es, rogauit, ne me modice (ut soletis) apud homines laudaretis, nec nomen meum operibus, quæ proderem, inscriberetis. &c.

Cumq; curasset Severū Principē, atq; ille polliceretur se Imperatori hec nunciaturum, quo conspectior fieret, Vt uoles, respondit, Mihi uero nō est curæ huiusmodi gloriola. De bona ualitudine sua, sic meminit, in lib. de tuenda sanitate. Nonnulli inquit ex ijs, qui de sanitate tuenda literis produnt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt, ne seipos quidem defendere a morbis perpetuo ualuerunt; ita cum a cauillantibus, tum alia quædam, tum uero uersus ille obiicitur. *ἄλλων ἰατροσ ἀντὸσ ἔλκεσι βρύων*, id est, alijs medens, at ipse ulceribus, scatens, alijs id negocijs imputant, alijs ob in temperantiam se ægrotare fatentur. Sed horum magis improba, me iudice, defensio est, q̄ ipsum quod obiicitur crimē. Qui uero his quæ in uita incidunt, causam tribuunt, si quidem Diaria febris laborant, ex estu, frigore, lassitudine, alijsq; id genus occasionibus, has uindicare a culpa decet: sin alia qualidet, minime. Quippe nec ipsi omnino sine febre exegimus, imo ex lassitudine nonnunquam febricitauimus, nullum alias morbum multis iam annis experti. Quinetiā percussus certis corporis partibus, unde alijs phlegmonibus, bubonibusq; contractis febricitarunt, ipse nunquā phlegmonem, bubonemq; sensi, nec febris laboraui: non aliunde certe, q̄ ex seruandæ sanitatis arte tanta cōmoda consecutus, cum alioqui nec salubrem corporis statum, ab ortu ipso sim nactus, nec uitam plane liberā sortitus, sed in qua tum artis officijs seruierim, tum amicis, cognatis, ciuibus in pluribus inseruierim, tum plurimā noctiū partem, nonnunquam ægrotantium ipsorum causā, semper aut dulcedinis studiorū gratia peruigilauerim, nec tamē sensi ullo me corporis morbo tentatum multis iam annis: excepta (ut dixi) Diaria quandoq; febris, quæ tamen rarissime, nec nisi ex lassitudine incidit. Quamuis in puerili ætate, ac etiam tum in ephœbia, tum adolescentia, morbis nec paucis, neq; ijs leuibus premerer. Sed post octauū & uigesimū annum, cum persuasissimè mihi, esse conseruandæ sanitatis rationē quandam, præceptis eius per totam deinceps uitam paruī, ita ut ne minimo quidē post morbo laborauerim: nisi forte, quæ tamen rarius incidit, Diaria febris: cum alioqui liceat hanc quoq; in totū

effugere, si quis liberam uitam sit nactus. Corporalibus quoq; exercitijs dedisse operam ad eam sanitatē parandam, cum alias sepe, tum in lib. de tuenda ualitudine testatur his uerbis. Ipse aliquando hyeme prehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeum in pila cōtundere ac deglubere, exercēdi corporis causa sum coactus, que nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. Senio tandem confectus, in patria requieuit, magnā apud homines gloriam consecutus, maiorem etiam apud Deum, habiturus, si Christo & Mosi, quorum interdum meminit, credere uoluisset.

☞ Suidas item de Galeno.

*γαληνὸσ ὁδίασνημότατὸσ ἰατροσ περγαμηνὸσ γεγονὼσ ἐπὶ μαρκοῦ ἢ κόμμοδου ἢ περτίνακοσ τῶν κεσαρέων ἐν ῥώμῃ, ἦὸσ μὲ κωνοσ γεωμέτρου ἢ ἀρχιτέκτονοσ πολλὰ σαυτεταχὼσ ἰατρικὰτε ἢ φιλόσοφα, ἐτετε γραμματικὰ καὶ ῥητορικὰ, ἀτινα διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι γνώριμα καταλέγειν ἄκαβρον ἢ γυνοσάμην ἐν τῷ παρόντι.*

Cælius Lectionū Antiquarū, lib. 16. ca. 40. Galenum Philosophū, & Medicum singularem, cuius scientissima, & plurima extant ingenij monumenta, quæ geminā sapiunt eruditionem, memoriæ proditum a nonnullis est, c. & xl. annos uixisset: anteq; in cibo & potu abstinentia usum, ut ad satietatem nunq; comederit, aut biberit, nec crudum quicq; unquā gustarit: unde sit factū, ut odorificum semper anhelitum spiraret. Sed, quod longe apud me mirabilius est, citra ullam omnino affectionē, sola defecerit senectute. Quod in humanis est rarissimū, in tanta subblandientis gulæ lasciuia, & in interitū uergentis naturæ fragilitate, ut silentio cōterantur lancinantes hinc inde incōmodorum turbines. Vtcūq; hinc certe adagiū obrepere aduerto, ut Galeni ualitudinem dicamus pro ea, quæ ultra humanū captū nimis sit prospera, minusq; offensa. Nec me tamen fallit, quid aduersus hanc astruccionem nostrā proferri ab eruditoribus possit, tum ex Galeno ipso, tum ex scriptoribus alijs. Nam Suidas autor est, Galenum tantummodo annos uixisse septuaginta. Ita em̄ de eo scribit, ut obiter etiam superpondio Lectorē onustum remitamus. Gale, inquit, arte medica celeberrimus, Pergami est natus, Marci, & com-

modi, ac Pertinacis Imperatorum temporibus Romę uixit, Nicomem habuit patrē, Geometrię, ac Architecturę peritum. Plurima non in Medicina solum, sed & in Philosophia condidit. Imo uero in Grammatica, & Rhetorica, quę, quod omnibus ferre obuia sunt, & uulgo notissima, recensere consilium nō est. Vixit annos, lxx. Galenus porro ex gręcę linguę proprietate quietum, tranquillumq; signat. Ceterum Galenus ipse de se ita propemodum scribit libro de interioribus, 2. Sum inquit, mihi cōsciū, quodam tempore tanto me esse conflictatum dolore, ut uentris interiora arbitrarer conuelli, lancinarisq; præcipue qua meatus urinę sunt inter renes, ac uesicam: mox uero clystere usus ex oleo & ruta, præcellenti dolore humorem deieci, uirtu liquecenti persimilem. Quod genus Praxagoras uirtuosos uocat humores. Sicut in plerisque subinde experimēto didici: qui etiā tradit, esse humorē illum frigidissimū, & recte ille quidem: nam sensu teste comprobatur. Mirum tamē, unde nam sit frigiditas tanta, quę nulla ratione recalescat. Porro in lib. de alimentis, ij. ubi de Lactu ca sermo est, sic scribit. Vtuntur inquit, ea ex aqua decocta, sicuti ego nunc incipi, posteaq; deprauati mihi dentes sunt, Sed & alibi scribit, cum circa diaphragma laboraret, se somniasse, liberatum iri, si sanguinem mitteret ex uena quę est inter pollicem, & indicem: minuisse sanguinem, conualuisse. Hęc ad præsens comperta nobis de Galeno sunt. Suam uero ipsemet præstantiam quodam libro patefacit, sic propemodum scribens. Itaq; Medicinam professus ad senectutem usq; nullam omnino ad hanc diem calumniam subiij, uel curando, uel præfagiendo. Id quod celeberrimis medicorū quibusdam obtigisse, sum memor. Sed & quinto Colliget Auerrois, capite de Punicis granis, Galenum ita celebrat: ut experientia præcellentem prædicet, ac ueridicum imprimis, ut cui comparari non possit alius. Ni forsan is inquit, qui clamat quidem, sed quid clamet nō percipiat fatis, Auicennam, opinor conuellens: qui se tñ Galeni fatetur interpretem, ac summum quandoq; uocat artis medicę.

☞ Catalogus Librorum Galeni.  
Hortatio ad artes discendas.

De optima Doctrina.  
Optimum Medicū, eundū esse Philosophū.  
De Sectarum uarietate, ad introducendos.  
De optima Secta.  
De constitutione Medicinę.  
De Elementis libri duo.  
De Complexionibus libri tres.  
De Potentijs naturalibus libri tres.  
Anatomię libri nouem.  
De Venarum & Arteriarum dissectione.  
De Fœtuum formatione.  
An sanguis natura in arterijs contineatur.  
De Spermate libri duo.  
De Neruorum dissectione.  
De Odoratus instrumento.  
De Vulturę dissectione.  
De optima corporum constitutione.  
De bona habitudine.  
De inæquali discrasia.  
De Hippocratis, & Platonis dogmatibus libri octo.  
De substantia facultatum naturalium.  
De eo, q; animi mores, temperaturam corporis sequuntur.  
De Curatione.  
De uitijs & passionibus Animę.  
De usu partium Humani corporis, lib. 17.  
De Musculorum motu, libri duo.  
De temperatura Medicaminū simplicium libri duo.  
De compositione Medicaminum per singulas corporis partes.  
De compositione Medicaminum, per genera libri septem.  
De Antidotis libri duo.  
De Theriaca ad Pisonem.  
De Theriaca ad Pamphilianum.  
De habendis facile Remedijs.  
De purgantium Medicaminum ui.  
Quosnam oportet purgare, & qualibus medicamentis purgantibus, & quando lib. 1.  
De Ptisana liber. 1.  
De Pulsibus ad eos, qui introducuntur lib. ij.  
De differentijs Pulsuum libri, iij.  
De Pulsuum dignatione libri, iij.  
De causis Pulsuum libri, iij.  
De prænotione ex Pulsibus libri, iij.  
De usu Pulsuum liber. 1.  
De usu spirationis liber. 1.  
De causis spirationis liber. 1.  
De differentijs Spirationis lib. iij.  
De differentiã Morborum liber. 1.

- De caussis Morborum lib. 1.  
 De differentijs Symptomatum lib. 1.  
 De caussis Symptomatum lib. 3.  
 De Locis affectis lib. 6.  
 De differentijs Februm lib. 2.  
 De Plenitudine lib. 1.  
 De Tumoribus præter naturam lib. 1.  
 De atra Bili lib. 1.  
 De Tremore, & Palpitatione, & Conuulsione, & Rigore lib. 1.  
 De Tabe lib. 1.  
 De temporibus Morborum lib. 1.  
 Quomodo coarguendi sint, qui fingunt se agrotare.  
 De Iudicijs lib. 3.  
 De diebus Iudicialibus lib. 3.  
 De Prænotione lib. 1.  
 De Dignotione ex somnijs lib. 1.  
 Aduersus eos qui de Formis, siue Circūtibus scripserunt lib. 1.  
 De Formis lib. 1.  
 De arte Medicinali lib. 1.  
 De uenæ sectione aduersus Erasistratū lib. 1.  
 De Venæ sectione aduersus sequaces Erasistrati Romæ agentes lib. 1.  
 De Curatione per uenæ sectionem lib. 1.  
 De Hirudinibus, Reuulsione, Cucurbitula, & Cōcisione cutis, siue Scarificatione lib. 1.  
 Consilium puero morbo comitiali laboranti scriptum.  
 De Captionibus, quæ in indictione consistunt lib. 1.  
 Curandi ratio lib. 14.  
 De Curatione ad Giæuzonem lib. 2.  
 De tuenda Valetudine lib. 6.  
 Ad Trasibulum, utram, Medicinæ, an gymnasticæ tueri ualetudinem, lib. 1.  
 De ea, quæ parua pila fit exercitacione lib. 1.  
 De facultate Alimentorum lib. 3.  
 De boni & mali succi Cibis lib. 1.  
 De Libris suis lib. 1.  
 De Ordine librorum suorum lib. 1.  
 Commentariorū in libros Hippocratis de Natura hominis lib. 2.  
 Commentarij in lib. Hippocratis de ratione uictus salubris. A.  
 Commentariorum in Hippocr. de ratione uictus acutorum lib. 4.  
 Commentariorum in prænotiones Hippocratis lib. 3.  
 Commentariorum in prædictiones Hippocratis lib. 3.  
 Commentariorū in Aphorif. Hippo. lib. 7.

- Aduersum Lycum, quod nihil delinquitur ab Hippoc. in Apho. illo, cui principiū est. τὰ ἀυξανόμενα πλείστον ἰχσι θεμόν.  
 Aduersus ea quæ cōtra Hippocratis Aphorismos scripta sunt a Iuliano.  
 Commentariorum in primum librū Hippocratis de Morbis passim grassantibus. li. 3.  
 Commentariorum in tertium Hippocratis eiusdem argumenti librum, lib. 3.  
 Commentariorum in sextū eiusdem argumenti librum, lib. 6.  
 Commentariorum in lib. Hippocr. de fructicis lib. 3.  
 Commentariorum in librum Hippocr. de articulis lib. 3.  
 Commentariorum in lib. Hippocr. de Medici uulnerarij munere lib. 3.  
 Expositio de linguis Hippocratis.  
 Nothi & adscripticij Introductio, uel Medicus lib. 1.  
 De Definitionibus lib. 1.  
 Quod qualitates sine corpore sint lib. 1.  
 De Urinis lib. 8.  
 Dignotio passionum quæ in renibus sunt, ac eorum curatio lib. 1.  
 De Philosophi narratione lib. 1.  
 De facile Parabilibus lib. 1. ad Solonem.  
 De facile Parabilibus liber alius.  
 De Mensuris & Ponderibus lib. 1.  
 De atra Bili ex libris Galeni, Ruffi, & Aecij Sicamij excerpta.  
 De Medicamentis, quæ inter se cōmutantur.  
 De uirtute Centauræ.  
 De Decubitu prænotiones ex Mathematica scientia.  
 Prænotationes ex Mathematica scientia.  
 Hæc de GALENO.  
 Galeobdolon, Vrtica Labeo apud Diosco. lib. 4. cap. 95.  
 Galeotarum, piscium capturam & uenationem, lege apud Strabonem lib. 1. fol. 18.  
 Galerion, apud Dioscor. Galion herba.  
 Galerita, auicula parua, apicē in uertice pationis modo gestans. Diosco. lib. 2. cap. 59.  
 Galeritam, siue quod idem est Gallica uoce Alaudam, Græci κορυδάμ, ἢ κορυδάλον, ἢ σκόρυδαλον appellant. Item κορυδάλιδα; omnes a galero, siue galea. Nā & ἐπιτυμβίδιτον Theocritus, ceu τύμβον, hoc est, sepulchrum patris sui in capite gerat. Cuzulam Græcum uulgus nominat. Nota est apud Aristophanem Comicum fabu

Ia, primam uolucrū fuisse Galeritā, priorem quoque terra defunctum ei patrē, cū humari non posset, nondum enatę humo, conditum in uertice. Nota alias auis, nusquam non obuia, etiā in delicijs habita diuitum, quas infensas sibi habent initio septembris magna obseruatione. Figura ab passeribus non differt, nisi quod passer cristam non gerit. Significat & alia κορυθαλις, nempe herbam Capnon. Vide & Gellium de Galericā. Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 10. cap. 149.

Galion, idem quod Galioptis, Vrtica mortua, apud Dioscor. lib. 4. cap. 95.

Galion, quę herba sit, uide Dio. lib. 4. c. 77.

Galioptis, urtica Labeo. Diosc. lib. 4. ca. 95.

Galla, fructus est quercus. Aliqua ομφακίτις appellatur, parua quidem, sed torosa, solida, nullo foramine peruia. Altera plana, leuis, perforata. Eligi debet Omphacitis. De Galla plura Diosco. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 7. Theophrast. lib. 3. cap. 6. 8. 9.

Gallephos, Vrtica, uel Acalyphe, libro. 4. Dioscor. cap. 95.

Gallicus, ad sinistram flans circa septentrionem. Vitruuius.

Gallinaria. Quę gręco uocabulo dicta sunt Ornithrophia, & Ornithoides, nūc latina uoce appellantur Gallinaria, uidelicet, stabula gallinarū & receptacula. Col. li. 8. c. 3.

Gallinago. Lege, Scolopax.

Gallus, & Gallinaceus, uide Plin. li. 10. c. 21.

Gallos gallinaceos, Alectryonas αλεκτρυονας, η̄ αλεκτρωνας Gręci uocant: quia uidelicet nos a lecto exfuscitent. Gallinas uero αλεκτορίδας, η̄ ὄρνιθας. Aristophanes alectras qui mares sunt, alectriēnas, quę fœminę. Alectronas uero utrūque continere. In Comœdia nubium, inueniuntur & pro maribus alectrides accepti, ut inquit Athenęus. Sed & iugas, & capillum Gręci αλεκτορίδας appellāt. Et Perse suos quoque ceruos hoc significant nomine.

Gallia muscata, describitur ab Nicolao inter Electaria confortantia, & preciosa.

Gallina. De Gallinis gallinaceis, & eorum iuuamētis, Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 37. cap. 10. lib. 11. cap. 7. lib. 29. cap. 4.

Gallinarum multa genera Barbarus in Corollario distinguit. Sunt enim Cortales, et Villaticę, siue ut ipse uocat, Cortalles, Itē Rusticulę mansuetę.

Gallinas Adianas, siue Adiatias, Chrysipus exiguas intelligit.

Gallinæ Cortales. Lege, Cortalis.

Gallinæ grandes, uarię, Meleagrides appellatę a Gręcis.

Gallinæ Medicę, a Media, quasi Media, generi uillatico adscriptę: propter magnitudinem in Italiam translata. Varro.

Gallinæ Meleagrides, paruo capite ad proportionem corporis, & glabro: crista carnea, sed rotunda, & prædura, quę pixilli modo promineat, colore ligni, ab ore ad malas caruncula prominente, sed rubrior quam sit gallinaceo generi. Hoc Gallinarum genus, inquit Plinius lib. 10. cap. 26.

Gilbarum uarijs sparsum plumis, quę nouissimę sunt peregrinarum auium, in mensas receptę, propter ingratum uirus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Meminit earum etiā Aelianus.

Gallinæ Aphricanę, quas plerique Numidicas esse dicunt, cū sint Meleagridi similes, nisi quod rutilam cristā capite gerunt, quę est in Meleagride cerulea. Trāquillus sentiens, cū Columella, separat Meleagrides a Numidicis. Varro autem ecōtrario, easdem reuera dicit esse.

Gallinæ Numidicę quę sint, lege in dictione, Gallinę Aphricanę.

Gallinæ Pumiles, a Gręcis πάνοι, id est, paruę uocantur.

Gallinæ Rusticę, non dissimiles Villaticis, quę per aucupem decipiuntur, & in insula appellata Gallinaria in mari Ligustico maxime abundant.

Gallinago, colore Attage, rostro oblongo, cursu celeri, hominē maxime diligit, capiturque inter sepes hortorum, et uinearū, uulgo Gallinella. Aelianus.

Gallinella. Lege, Gallinago.

Gallinę Patauinę, uulgo Puluerarię cognominata, a uico, ubi grandissimę, ac spectabiles maxime nascuntur.

Gallinæ Tanagaicę, Alexandrinę, Melicę, Chalcidicę, Boeticę, apud Athenę, & Martialem celebrantur.

Gallinarum iuuamenta, & Gallinaceorū, lege apud Dioscor. lib. 2. cap. 52.

G A N

Ganganum, ambientem locum uocāt uentris: quia fit ibi neruorum implexio sagennæ modo; quę etiā γαγγυμόνα uocant.

Gange, apud Germanos Anseres minores & candidiores dicebantur olim. Plinius libro. 10. cap. 22.

Gangitis, græce γαγγίτις, nardi genus, sic dictum a fluuio Gange, apud quem nascitur montem præterfluente. Dioscorides libro. 1. cap. 6.

γαγγιλια, capitis ulcera sunt, & tubercula. Celsus lib. 7. cap. 6. Sunt qui diffiniunt, nervorum præter naturam concretionem, & in naturam reliqui corporis translationem. In brutis, præsertimque suis, antiquiores Glandia, & Glandulas dixerunt, suauitate in illis, quam reliquis partibus deprehensio sapore: in hisque factas inflammationes Græci φύματα, Latini Panos dixerunt. Et si Galenus quoque solam inflammationem βουβωνια, id est, inguen dixerit. φύμα, suppurare incipientem.

Ganglion, nerui concretio, que ex ictu, aut defatigatione in nodo manus, aut talo, locisque quæ articulis mouentur plerumque, in alijs nonnunquam putridis corporis etiã accidit. Paulus lib. 6. cap. 39.

Gangræna, est mutatio cuiusuis coloris secundum naturam in colorem alium: aut mortificatio cum exulceratione, aut sine ea. Fit autem Gangræna, uel phlethora præcedente & mortificatione, uel phlegmate ex manuum operatione. Teste uero Galeno, est corporis a naturali habitu in alienum naturam mutatio, uitæque in ea parte priuatio: quam ille a cadauetis forma νέκρωσις quoque uocat. Fitque hoc malum, teste Paulo, cum nec suppurauerit inflammatio, nec discussa medicamentis fuerit. Ea particula corporis, cum iam prorsus mortua est, adeo ut præcidi opus habeat, Sideritis, & Sideratio uocatur. Vide Siderationem.

Engitis, id est, Engangis, uel Gagathes lapis preciosus, cuius meminit Dioscorides libro quinto.

## C A P

Gaphagæ, Sicularum lingua, uermes terrestres.

Gapyras, caprarum recrementum.

## G A R

Garab quid sit, lege, Coruus.

Gargarismus quid sit, expressit Serenus, cum inquit. Atque palato agit pariter, retinens que, uomensque.

Gargarisationes aut leniunt, ut lac, cremor,

uel ptisanæ, uel furfurum: aut repræsentant, ut aqua lentis, rosæ, &c. aut euocant, ut sinapi, piper.

Garyophyllon in India piperis granisimile, grandius, fragiliusque. Tradunt in Indico luco id gigni. Vide in Plin. lib. 12. ca. 7.

Garyophyllatū, ab Garyophyllis dictum comperio apud Nicolaum.

γαρῖον, omne quod ex piscibus, carnibusque sale maceratis liquamen est, Lege, Garus.

Garrus, latinum non habet nomen, ut autor est Ausonius Poeta, qui liquamen fociorum appellauit.

Garum, differt a Muria, & Alece: quod Garum est ex extis scombræ, & quoddam Gari piscis fiebat: Muria ex Thynno fere. Quanquam Muria Catoni, Palladio, & Columellæ non liquamen ex piscibus, sed falsilaginem facticiam ad caseos condiendos, uinaque significat. Alex, Gari potius ipsius fex. Habetur & Halme, latine Salsugo dicta, & Salsilago apud Diosco. & Plinium. Quanquam in medendi usu, Salsugo hæc a Muria nihil differt. Item ἄλος ἄχνη, hoc est, ramentum quoddam salis atque spuma: cuius mentionem apud Latinos, in Plinio certe comperimus. Subinde & Oxalme appellata, quod ex aceto & sale fiat. Nam Gari genus acidi, Oxygarum appellatur, ipso nomine significat. Columella Oxygarum Moreti quoddam genus facit, & Oxyporum quoque dici posse uult. Sunt & Medicis sua Hydragora, Oenagora, & Eleogara. Alioquin Eleogaron & ferculi genus erat delicati, quod Gybariticum, missum in cœnis appellabatur: quoniam Gybaritæ quo anno id ganæ inuenissent, perijissent, auctore Spartiano. Legimus & Oxyliparon genus esse iuris, in quo Raie, ac ceteri eius naturæ pisces mandari solent. Item,

Garus, & Garum dicitur, a Garo pisce, ex quo olim conficiebatur: postea ex Scombro pisce: nec liquor fere ullus, præter unguenta, maiore in precio erat. Græci optimum genus Gari putant, quod ἀμάτιον, hoc est, sanguicolum appellant, ex intestinis thynni, cum branchijs, sanie, & cruore.

## G A S

Gastromancia, ex Amphora diuinationis, que a puero solet inspicere, etiam apud ueteres. Hoc Cicero fortasse intelligit, in libro de Diuinatione, cum dicit auspicia militum per

## G E

acumina. Nisi de lapide Siderite intelligat, cuius est ea uirrus, teste Orpheo de Lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernam, ex piatis mente, introsipientibus moueri, responsa dare uideatur. Est & fons apud Aegienses in Achaia, teste Pausania libro septimo. Templū Cereris, ubi fons, in quē peracto sacrificio introsipientes, in morbo uident ualeitudinis euentum.

γαστρονήμιον, id est, cruris uenter. Nos Suram appellamus: posterior cruris pars.

Gasteres, Rapæ, lingua Lacedæmoniorū, apud Nicandrum Brassica.

## G A T

Gatale, Astragalus, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 65.

Garho, lingua Aphrorum Cicerbita. Lege Cicerbita, uel, Sonchus.

## G A Z

Gazella, Capræ illa quæ moschum edit, nobile illud odoriamentum: si Herm. Barb. credimus. Lege, Moschus.

## G E B

Geboscon, Lege, Allium. græce γέβοσκον.

## G E H

Gehar, uitium uisus, uel uidentis potentia: quod fit ex paruitate spiritus uitalis, & extensione musculi oculum mouentis.

## G E L

Gelafini dentes, uel Cienes, dentes quatuor anteriores: sic dicti, quod inter ridendum retegantur.

Gelatina, conditurae genus.

Geleniabin, mel rosatum, colatum.

Gelgos, nuclei aliorum.

Gelotopeus, qui risum alijs excitare nouit.

## G E M

Gemmæ, quæ in palmitibus turgent internodia. Teut. Brofslen.

Gemmæ multæ & copiosæ in Ponto. Solinus cap. 23. atq; inibi de Gemmis quedam.

Gemelli quomodo gignantur, lege, Fœtus parientis pars non est.

## G E N

Generatio, est substantialis formæ in aliquo acquisitio.

Genicularis, Lychnis coronaria, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 113.

Geniculum, quod in harundinibus turget, internodium.

γένειον, mentum.

Genista, Lege, Spartiæ.

## G E

Genista, Spartium apud Dioscor. libro. 4. cap. 160. Sic dicta, ut inquit Barbarus, quia genu modo flexibilis sit ad nexus: uel quia genibus medeatur dolentibus.

Genistilla, Amerina. lege, Amerinus scop.

Genitalis, Xiphion, apud Diosc. lib. 4. c. 23.

Genitura, & semen differunt. Lege, Semen differt a genitura.

Genitura Herois, Polygonum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Genitura Titani, Sideritis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 36.

Genicularis, Lychnidis herbæ flos, apud Paulum lib. 3. cap. 24.

γένυς, mandibula.

## G E O

Geodes lapis, ex argumento sic dictus, quoniam complexus est terram. Vide Diosc. lib. 5. cap. 160.

γέωδον χωρία, in re rustica ueteres dixerunt eas agrorum partes, quæ nullos habent terræ mixtos lapides, sed solam terræ profunditatem.

Geomancia, quæ ex incertis quibusdam in harenam, uel puluerē, uel ut hodie habet eius usus, cartharū, uel tabellarū signis, omnium fere rerū euentus prædicit: quam uiam esse clamant Theologi: ego respondere etiam euentus uidi, & expertus sum.

## G E R

γεράνιον, Lege, δένος.

Geranion, folij Fremij, diuisuris longioribus, radice rotunda, dulci. Dioscorides libro. 3. cap. 129.

Geranogeron, Geranion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 129.

Geranopodion, Lychnis coronaria, apud Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Gerardus Subuoletanus, Auicennæ libros conuertit ex Arabico: uerum an primus id fecerit, ignoro.

γερασπώγον, apud Nicandrum fortasse id, quod apud Dioscor. γερασπώγον.

γῆρας ὄφις, senectus serpentis, id est, serpentis exuuiæ.

Gerontopogion, herba, senis, siue presbyteri barba, Tragopogoni fere similis: nisi quod lacte manat, & radice amara est, non dulci.

## G E S

γῆς ἄσπε, terra Samia. Sic enim met interpretatur Cœlius Aurelianus.



γῆς ἐντερεα, uermis terrestris.

Gessampini, arbores ferentes lanugines, ex quibus uestes fiunt, Plin. lib. 12. cap. 11.  
De Gestatione uide Celsum lib. 2. cap. 14.

## G E V

γέρον συσφορῆ, neruorum præter naturam distentiones, quæ in corpus creuerunt.  
Geum, herba similis Meo, uel Meu athamantico apud Plinium: quanquã sint pluri codices, qui Gethin habeant, non Geum. Vide Barb. in Corol. Meu.

## G I A

Giagones, buccarum musculi.

## G I B

Gibbos solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines conuexos appellat. Nam & fere eis est spina in parte posteriore conuexa. Conuexio igitur apposite dicitur, cauum gibbo, gibbo regibbum.  
Gibber, quod est in dorso tumens.

## G I G

γίγαρτα, significat id nomen Medicis, acinos uuae, aut etiã mali punici sic uero conterentes rustici uocabant, Meminit Aristophanes.

## G I L

Gilvus color, Lege, Rufus.

## G I N

Ginos, Hippuris altera, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

γινγιδίον, Lege, Gingidium, & Lepidiũ.  
Gingidion in Syria & Cilicia plerumq; nascitur, herbula syluestri pastinacæ similis, tenuior, & amarior, radice parua, candicante, amœna. Vnde prouerbium, Multa Syrorum olera. Sed hodie peregrinum regionibus in nostris, si Plinio & Dioscoridi credimus. Quidam hodie falso pro Fumaria, uel Capno interpretatur. Vide Dioscoridem lib. 2. Plin. lib. 20. cap. 5.

γίνοι, ab Aristotele appellantur equi pumili, non alia ratione, q̃ maris & uteri uitio.

## G I S

Gis, Hippuris, apud Dioscor. lib. 4. ca. 49.  
γείσορ, quod in supercilijs prominet.

## G I T

Gith, Dioscoridæ Melanthion lib. 3. ca. 92.

## G I Z

Gizer, Lege, Casia.

## G L A

Glaber, Glabra, Glabrum, depilem significat. Hinc Glabella foemina decenter dicitur

tur Apuleio, cuius corpus est leuigatum, politum, nulloq; pilo hispidum. Columella libro septimo, capite tertio. Hinc & uerbum Glabrescit, id est, fit glabra, & polita, laeuigataq;. Columella libro secundo, capite uigesimo.

Glabrentia loca dicuntur, quasi caluentia: quæ & Glabreta nuncupant, sine stirpe, sine stipula, sine frondibus, ut hominis caluitium sine capillo est. Greci consimiliter loca nudata fruticibus Phalacras uocant, a quib. φαλακρός dicitur caluus. Vnde phalacrocaraces dicti corui aquatici, caluitio monstrabiles. Caluescere de arboribus quoq; usurpatur. Columella. Sæpe nouella castaneta caluescunt. Uinea caluata dicitur Catoni, Plinioq;, in qua raræ sunt uites. Columella libro. 2. capite. 9. Et glabrata, id est, depilata. Colum. libro. 12. cap. 52.  
Glabreta. Vide, Caluata uinea.

Glacies, est aqua conferta, a serenitate compactilis. Aristot. de cœlo.

Glaciola, Iris.

Gladiola, Xiphion, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 23.

Gladiolus, alio nomine Iris syluestris, Dioscor. lib. 4. cap. 25.

Gladiolum quidam etiã interpretantur folium Narcissi, quod formã gladij habeat.

Gladiolus, Iridis cognomentum, idq; adeo a figura, pugionis enim atq; ensis εἰκόνεα gerit. Est & priuata eius nominis herba, cuius in quarto Dioscor. meminit.

Glandula, Astragalus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 65.

Glandulæ, morbus faucium, ob quandam similitudinem glandis. Vocant & Tonsillas, Plinio teste.

Glans, summa pars pudendi uirilís, uocatur per similitudinem, a Græcis Corone.

Glans, Balanus, Suppositorium, idem.

Glans Hyberica, glans cæteris præcellentior.

Glans Aegyptia, Myrabolanos.

Glans unguetaria, fructus est arboris Myricæ similis, magnitudine auellanae nucis, cuius nucleus græcarum nucum more humorem reddit, quo ad preciosa unguenta pro oleo utuntur. Dioscor. lib. 4. cap. 163.

Glanus, uel Glanis, piscis qui auersus mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliatur. Lege, Silurus.

## G L

Glandularum in corpore curam, uide apud Galenum. 14. Methodi, circa medium.

Glastum, Quomodo errauerit in Glasto Plinius, uide in Commentarijs Nicolai Leonici, de erroribus Medicorum. Et Herbarij nostri tomo. 2.

Glastum syluestre, apud Dioscoridem. lib. 2. capite. 206.

Glastum, Gualdum, Glasdum, quid reuera sint, lege in Barbari Corollario libro. 2. capite. Isatis, apud Dioscor. lib. 2. cap. 205.

γλακόφθαλμοϛ, glaucus oculus.

Glaucedo, corporis qualitas.

Glaucia, Chelidonia, Dioscorides libro secundo, cap. 200.

Glaucias, pharmaceuticæ sectæ experimenter, siue Empiricus.

Glaucias cuiusdam herbarij, meminit Plin. lib. 24. cap. 16. plura non lego.

Glaucion, Corniculatum Papauer dictum a quibusdam, haud proprie.

Glaucium, succus est herbae, quæ in Hierapoli Syriæ nascitur, de qua plura Dioscor. lib. 3. cap. 99. Plinius libro. 20. cap. 19. libro 27. cap. 10.

Glaucoma, nõ dissimile Hypochymatis, & oculorum suffusioni, unde aliqui idem uicium esse putauerunt, Fit Glaucoma ex mutatione crystalloidis ad glaucum. Videtur Auicenna Glaucedinem, uiriditatem oculi uocasse.

γλαυκώμα, oculi affectus, pupillæ partem occupans.

Glaucoma, Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

Glaucus color. Lege, Celsus.

Glaux, Cytiso, & Lenticulæ folijs similis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 142.

Galax, uel Galax, a lacte sic nominata, eadē quæ Glaux, apud Dioscor. lib. 4. cap. 142.

## G L E

γλεύκιον ἔλαιον, Gleucini, id est, musti unguenti confectio. Ita dictum, quod ex musto conditur, & incoquitur. Græci τὸ γλεύκος mustum uocant. Græca quoque uoce dicitur αἰγλεύκω, hoc est, semper mustum, quod inter dulcia est. Id euenit cura: quoniã, ut docet Plinius, feruere prohibetur. Hinc oleum gleucinum dictum, ab eo, quod ei γλεύκος, id est, mustum incoquitur, uapore lento, consumiturque mustum, cui oleo admiscet etiam odoramen

## G L

ta. Plinius oleum gleucinum memorat inter genera olei factitij: quod nunc quomodo fiat, eleganter Columella præscribit libro. 12. cap. 50.

## G L I

Glico, & ipse Romæ Medicus, sed nebulosus qui custoditus fuit, eo quod Pausa mors ante suspecta esset, quasi uenenum uulneri indidisset. Historia est apud Suetonium in Octauio Augusto.

Quasi pabulo Gliscit, crescit, pinguescit, saginatur. Gliscere enim crescere est. Vnde Glires dicti, qui somno gliscunt, id est, crescant, fiuntque pinguiore. Glisceras mentas dicebant antiqui opimas & lautas, quæ si gliscentes per instructionem epularum. Alibi Colum. scribens de gallinis farciendis, sic inquit, Prima Luna saginari cepta, uicesima pergliscit. Colum. lib. 2. cap. 5.

## G L O

γλοιϛ, id est, ῥύπω.

Glomeramina, pilulæ.

Glomeramina ouis, stercus ouinum.

γλωσσῆ, lingua.

## G L V

Glubere, corticem detrahere.

Gluchon, Pulegium, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 34.

Gluma, folliculus ille qui ex frumētis recens assurgenti & germinanti cauliculo assurgit, cuius tertio, aut quarto genu spica geritur.

Gluten piscium, uenter est piscis cætaei, Dioscor. lib. 3. cap. 101.

Glutinum, ex lapidibus, græce λιθοκόλλα.

Glutinum, siue Gluten, præstantissimum fit ex auribus taurorum, & genitalibus. Egit de Glutinis Dioscor. lib. 3. cap. 100.

γλούτορ σφαιρομα, cotyles in coxa, scribit Eustachius. Russus uero prodidit, Pygas et Gluton a quibusdam pro eodem accipi. Cædi pueros hac parte tradunt: quod sint nates sensui obtusi, ob cutis crassitudinem, cui insit callosum quiddam & solidius, duriusque quam reliquo corpori, præsertim superno.

γλούτορ, lumbus.

## G L Y

Glyceraton, Glycyriza, idem. Dioscorides lib. 3. cap. 6.

γλυκόπικρον uocatur, quod dulciter amarum est, apud Dioscoridem.

## G N

Glycyphyton, Glycyrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Glycyrhiza, radix dulcis, quam barbari hodie Liquiriciam uocant, describitur a Dioscorido lib. 3. cap. 6.

Glycyfide, Paeonia, apud Dioscorid. lib. 3. c. 158.

Glycys ancon, Abrotonon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 27.

Glycea, narium ulcera, apud Paulum.

Glycythymus, uictus ratio animum demulcens, ac suaue ingenium.

## G N A

Gnaphalium, est inquit Dioscor. folijs molli-  
libus, minutisq; pro tomento utuntur. lib.  
tertio, capite. 131.

Gnaphalus, apud Aristot. fortasse id, quod  
apud Dioscoridem Gnaphalium, uide ibi-  
dem Barbari Coroll.

γνάθοι, buccæ.

Gnaphæus, piscis nomen, Fullo dictus, quo-  
niam omnes maculas decoctum eius eluit.  
Barbarus in Coroll. Gnaphalij.

Gnaphos, ea fortasse que apud Diosc. Gna-  
phalium. Vide Barb. Coroll. lib. 3. ibidē.

## G N O

γνώμονες, Aristoteli dicuntur dentes iumē-  
torum, quibus deprehenditur ætas.

## G O B

Gobio, Lege, Gobius.

Gobius, & Gobio, & græce γόβιος, Plini-  
us quoq; per c, scribit, non per g. Gobios  
faxatiles, sunt qui Cothones dici putent,  
Laudauit Martialis in Xenijs.

In Venetis sint lauta licet conuiuia terris,  
Principium cœnæ Gobius esse solet.  
Dioscor. lib. 2. Plinius lib. 9. cap. 57.

## G O L

γολγόσιον, Rapum.

## G O M

γομφίασις, molarium dentium dolor, dum  
scilicet erumpunt. γόμφιοι enim molares  
dentes uocantur.

## G O N

Gonagra, genuum podagra.

γονατῶδεις geniculatus. De herbis autem  
dicitur nodosis.

γονορρεία, seminis fluor spermatici. ἀπὸ τοῦ  
γονῆ, quod significat semen, & ῥέω, quod ē  
fluo. Hæc autem seminis excretio inuolun-  
taria, morbum seminis adfert, cum corpo-  
ris colliquatione, & calore malo, Fit enim  
& cole haud quaquam extenso.

## G O

Gongri, rotunda internodia.

τὰ γυναικεία, id est, muliebria, uel muliebrum  
mensium fluctiones: quanquam sint alia  
huius passionis nomina, uidelicet, καθάρ-  
σεις, ἔμμηνα, καταμήνια.

γόγγυλη ἡμερος, Rapum fatium.

γόγγυλη ἀγρία, Rapum syluestre.

γόγγυλις, Rapum, a rotunditate.

## G O R

Gorgonion, Eryngion, apud Dioscoridem  
libro tertio, cap. 23.

## G O S

Gossampinus, siue Gossipion, siue Xylon,  
fruticalis e superiore parte Aegypti etiam  
in Italiam delatus, fructum ferens barbæ  
nuci similem, plenam lanugine: nec alterum  
lini genus est quod huic candore, aut mol-  
licia præferatur, quamq; firmitatis in eo pa-  
rum. Huius putant generis esse quod uul-  
go, a pocilli forma, Cothonem uocamus, si-  
ue a mali similitudine Cotonei, quod in eo  
gignitur. Id maturitate hiascens, lanuginis  
pilas ostendit. Folia huic uitium minora.  
Aliqui Gitonem, a Git, cui similem fere ge-  
rit in capite folliculum, appellatn.

## G R A

Grab, fistula, oculi morbus.

Graculi Venetorum hadriam uastant, ac se-  
mina iacta absumunt, nisi occurratur pabu-  
lis quibusdam ad id dispositis. Contra alia  
Thessalijs feruntur, aduersus locustas, qui-  
bus sunt infesti. Aelianus.

Gramen Glicium, Graminis generis, apud  
Dioscoridem lib. 4. cap. 35.

Gramen harundinaceum, uero Gramini ma-  
ius, apud Dioscor. lib. 4. cap. 34.

Gramen, Agrestis, Dioscor. lib. 4. cap. 33.

Gramen Babylonicum, id est, Gramen ha-  
rundineum, Dioscor. lib. 4. cap. 34.

Gramen Parnasi, quod in Parnaso monte gi-  
gnitur, apud Dioscor. lib. 4. cap. 35.

Gramen, inter herbas uulgatissimum. Iumen-  
tis herba non est alia gratior, siue uiridis, si-  
ue in fœno siccata. Sunt qui & aculeatum  
Gramen uocant, cum in acumine sint aculei.  
Græci Dactylon uocant: quia digitis me-  
deatur. Columella lib. 6. cap. 1.

Grando, quam Græci χάλαζον, ἢ χαλύζιον  
uocant, collectio est sub cute, buboni, & æ-  
gyptiæ fabæ similis, ut ait Pollux, dolorem  
si tangatur adferens, Dicuntur & in oculo  
Grandines, cum segnis humor circa palpe-

## G R

bras coit, sed ita, ut id tuberculū digito huc & illuc impelli possit.

**Grando** in oculo, quem uocant Hordeolū, **Grando** itē porcorum morbus, cum sub lingua uenulæ uaricosæ fiunt, ac nigrescunt. teut. Pfynnen. Aecius lib. 13. cap. 120.

**Granatum**. Vide, Paliurus.

**Granum gnidium**, quod aliqui Linum uocant, fruticem uero Thymelgam, alij Chameleā, alij Pyros achnon, alij Cnestron, alij Cnecron, est similis Oleastro, folijs angustioribus, gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine, colore, & specie, foris ad medicinæ tantū usum. Plin. li. 13. c. 21.

**Granum Indicū**. Vide de eo prolixā disputationem apud Leonicenū, libro de erroribus Medicorū, & Herbarij nostri tomo. 2.

**Grassoniæ**, tetri odores corporis. Sic appellat Aecius sermone. 8. cap. 7.

**Grauedo**, ut docet Corn. Celsus, humor est ex eapite destillans. Apuleius. Nares grauedine opplete. Græci uocāt Coryzas, nostri Grauedinē. Vnde Grauedinosi dicti, qui ad morbum grauedinis procliuiiores sunt. M. Tullius. Itaq; dicimus, Grauedinosos quosdam, quosdam Torminosos, nō quia iā sint, sed quia sepe sint. Col. li. 7. ca. 3.

**Graueolentia**, corporis qualitas.

**Grauedinosi**, quibus e cerebro humor destillat.

**Grauidis pica** stomachus afficitur, foetus ob paruitatem non potente consumere nutrimentū. Huius rei causa est, materiæ abundantia, & perturbatio stomachi. Denique postquam foetus augmentum acceperit, deorsum tendente sanguine, stomachi supercilia ad se trahit. Galen. de Definit.

**γρῆς**, quod in in summo lacte colligitur, & quod in summo refrigerati iusculi cōcreuit.

**Gramias oculorum** Plinius appellat, quas Nonius pituitam oculorum dicit esse. Vnde Gramiosi oculi.

## G R AE

**γραια**, anus, umbilici cutis desuper iniecta: quia corrugatio, atq; rugosior, senectutis indicium est.

**Græcinus**, de uinorum & uitium natura reliquit plaracq; Cornelij Celsi abbreviator, ut inquit Plinius lib. 14. cap. 2.

## G R O

**Grossi**, sunt primitiue ficus.

**Grossulos**, atq; Grossos Græci olynthos, &

## G V

erincos uocāt. Sed Grossi proprie olynthi sunt, hoc est, primitiua ficus. Apud Macrobiū leges Grossos ficus esse, quæ nunquam maturescunt. Alij sic distinguunt, ut ficus primo sit olynthus: deinde phrixa: postea sycon: postremo ischas.

## G R V

**Grues**, æstatis aduenæ a Thracia tranant æthera trianguli figura, lapides pedibus libantes, contra uim uentorum. Aelianus.

**Grues** ubi potissimū regnent, & de earū immanitate, uide Solinū ca. 25. Plin. li. 10. c. 23.

**Gruima**, Geranium alterum, apud Diosco. lib. 3. cap. 130.

**Grumi**, sanguis, græce θρόμβοι.

**Grumus**, collectio terræ, minor tumulo.

## G R Y

**Gryphes auriti**, ad uncitate rostri, Plinius libro. 10. cap. 49.

## G V L

**Gula**, ex neruo constat & carne: ea cibus & potus deuoratur, *δισοφάγος* Græci uocāt, ab longitudine, angustiaq; cognominata.

**Gula**, intra collum, cui comes arteria iungitur. Aristot. lib. 1. de Animal. cap. 16.

## G V M

**Gummitione**, in persione gummi, & quasi tectorio. Itidem Ceratura dicitur, inductio ceræ, & quædam quasi incrustatio ex cera facta, in dolijs olearijs. Colum. li. 12. ca. 49.

## G V R

**Gurgulio**, pars ea gutturis, per quam pulmo attrahit, & reddit spiritum.

**Gurgulio**, cum sit uocis quasi plestrū quoddam, sepe a capite destillationem accipit: ac præter naturam auctus, cum oblongus, ac tenuis euadit, Columella. cum uero crassus & rotundus, **Vua** appellatur. Paulus lib. 6. caq. 31.

**Gurguliones**, in tritico marcescente accrescentia animalcula.

## G V S

**Gustatoria**, neruorum coniugatio uocatur, ut inquit Galen. lib. de sectione neruorū, quorum ministerio gustus ministratur.

## G V T

**Gutta rubra**, uulgo, & a nouis medicis uocatur in facie malignus quidā tumor, cū magno rubore: unde & rubea dicta est. Sunt qui ob eius molestiā **Guttā** rubidā uocant. **Gutta rosea**, uel rosacea, malū faciei, et præcipue nasi rubor, qui præire elephantiam solet.

Guttatus color, Lege, Color varius.  
Guttur, siue facies, cartilagine constant, per  
quas spiramus: uocemq; iuuant.

## G Y G

Gygarthus, lectus est in quo paralytici, mē  
teq; capti, quiq; uocantur daemōiaci, uin-  
cti iactant sese. Vnde prouerbum γύγαρ  
θου φύσος, id est, Gygarthum spiras, in in-  
fana, frustra; uociferatiōe. Paul. lib. 3. c. 14.  
Gyges, aggregatio omnīū sphondylium.  
Gygenij, apud Strabonem equi pumili, id-  
em quod Gumi.

## G Y L

γυλιάνχενασ, uocant homines prætenues,  
& colli oblongioris.

## G Y M

Gymnasium, locus est in publica aliqua re-  
gione urbis extructus: quo ungēdi, frican-  
di, luctandi, discum iactandi, aut tale quip-  
piam facturi confluunt. Gal. lib. de sanī. t.

## G Y N

Gynecanthe, Vitis alba, apud Dioscoridē  
libro, 4. capite, 195.

γυναικομάσοι, uocantur apud Paulum lib.  
sexto, cap. 46. quibus in morem mutonis  
mamme in modice turgescunt ac crescunt.  
Gynæcomaston, est superexcrementia pin-  
guedinis præter naturam mammillis sub-  
iectæ ut plurimum.

## G Y P

Gypsum, uel Gypsos, plura habet genera,  
de quibus uide Dioscor. lib. 5. cap. 125.

Gypsum coctū, Speckkalck, Gyps, Idem  
Gypsum fossile.

Gypsi iuuamenta, require apud Dioscori-  
dem lib. 5. cap. 24.

## G Y R

Gyrofalco, a uolandi modo sic appellatus,  
quod prædam circumagat.

γύρυσ, id est, pollen.

## H A B

**H**Abitus, est spiritus continens, cō-  
prehendensq; particulas.

Habilla, Lege, Lupulus.

Habiola, Lege, Lupulus.

## H A D

Hadrosphocron, spice maioris species.

## H A L

Halcedo, eadem quæ & alio nomine uoca-  
ta Aristoteli Halcyon,

Halcyones, aues paulo ampliores passere,  
colore cyaneo, tātum purpureis admixtis

pennis & candidis: nidificant in mari, Plī-  
nius lib. 10. cap. 32.

Halecem fœminini generis apud Catonē,  
minuti & uilis piscis genus putamus esse.  
Quanquā alibi ex intestinis piscium fecem  
legamus, quæ ganææ olim materiam quo-  
q; præbuit.

Hales achne, Spuma salis apud Dioscoridē  
libro quinto, cap. 118.

Hale, uel græce ἄλη, latine anxitudo, uel pā-  
diculatio. Quidam etiā Halycem uocant.  
Ea uero est, eum quis toto corpore exten-  
ditur. Inter sanos Halycem uocamus, cū  
præsentia subinde stomachantur, egregiè fe-  
rimus, & ab actione una & negotio ad ne-  
gocium diuagamur.

Halicacabos, Anagallis. Item herba alia cu-  
ius meminit in primo lib. Dioscorides.

Halicacabus, Vescicaria, Solanū, apud Di-  
oscoridem lib. 4. cap. 75.

Halycen nominat in aphorīs, Hippocrates,  
quam multi Græci ἄλη, ἢ ἄλυκῆ dicunt.

Halieuticon, est commentatio de piscibus:  
qualis Opiani extat.

Halimum alij δαμασώνιον, alij ἔυριμον, alij  
βρεθάνιον, alij ῥάβδιον, alij βασίλειον, pro-  
pheta ἔρμου βάσιμ, alij ὀσίριδος διάδη-  
μα, alij ἡλυσέφανον, alij ἱερὸν καυλόν, Py-  
thagoras ἀνθίνορον, Aegyptij ἔσοντερι.

Romani Albucum uocant. Frutex sepiem  
do aptus, Rhamno similis, sine spinis, fo-  
lio duro, sed latioribus: nascitur in sepibus  
& maritimis. Halimon, inquit Plinius lib.  
22. cap. 22, quidam Aureonem uocant: lo-  
cis salis nascitur, falsilaginemq; præfert: cō-  
uoluitq; se ut hederæ. Sit hæc, an alius quo-  
q; Albucus, & apud Hesiodum Asphode-  
lus, in eo opere cui titulum fecit, Opera &  
dieta, Hermolao quoq; Barbaro non ad-  
modum constat: nisi quod modo cum aspi-  
ratione, modo sine aspiratione apud uete-  
res legitur. Almytis dicta ab Aecio. Et de  
Asphodelo etiam alias, & Albuco. Memi-  
nerunt pluribus Halimi huius Dioscor. li-  
bro primo, Theophrastus lib. quarto, et li-  
bro quinto de Causis. Paulus lib. 1.

Halimon, sic uocant oleū amygdalarū, græ-  
ce ἄλινον ἔλαιον.

Haliphlocos, Lege, Quercus.

Halitus obseruare septentrionales. Plinius.  
Qui mares concipi uelit, in Aquilonē pas-  
cito, ut sic in eundem ineant: qui fœminas